



20

DECANVS

ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI

D.RVDOLPH.CHRIST.
HENNE, IC^{TUS}

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTO-
RIS MOGVNTINI CONSLARIUS REGIMINIS, PRAEDI-
CTI ORDINIS ET IVDIGI PROVINCIALIS ADSES-
SOR, NEC NON CODICIS ET IURIS FEVDALIS
ANTECESSOR ORDINARIVS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IURIVM CANDIDATI

Dn. CAROLI DIENEMANNI,
LOESNICENSIS

ADVOCATI SAXON. ELECT. IMMATRICVLATI

DIE XX. IULII MDCCCLXXVIII.

IN AUDITORIO IURIDICO COLLEGII ANSELMINI
PERAGENDA, INDICIT,

SIMVLQVE NONNVLA DE CONDITIONIBVS EMTIONIS VENDITIO-
NIS SUSPENSIVIS ET RESOLVTIVIS
FRAEMITTIT.

ER FORDIAE
LITERIS HENRICI RVDOLPHI NONNII
ACADEMIAE A TYPIS.

DR. RUDOLPH. H. C. H. R. I. S. T. O. R. I. C. H. A. N. D. S.

S. O. H. M. Z. W. A. L. Z. A. T. Z. E. V. A. B. E. T. I. V.

C. P. R. O. D. O. S. S. A. B. E. T. I. V.

C. P. R. O. D. O. S. S. A. B. E. T. I. V.



S. I.

I nter contractus, sublata communione
primæva, post introducta rerum do-
minia, celebrari solitos, emio vendi-
tio palmarium occupat locum. Quo
frequentior autem hic est contractus,
eo magis ei pacta apponi solita communi inserviunt utilitati &
necessitatibus, utrū vero maxima olim intercesserit differentia inter
pacta ex intervallo, & ex continentia adjecta, ita ut priori casu
data fuerit solum exceptio a) posteriori vero actio b) jus tamen
canonicum unacum moribus, omnem hanc differentiam æternō
mulcta,

* 2

mulcta,

multe erat exilio, omnique pacto ex deliberato consilio inito, va-
lidam conciliavit actionem & obligandi vim. c)

- a) l. 7. §. 5. ff. de pactis.
- b) l. 7. §. 2. ff. de pactis.
- c) c. I. X. de pactis.

S. II.

Eminet inter pacta, hunc in censum venientia, potissimum
distinctio, mediante qua in suspensiva & resolutiva dispesci solent,
duplex enim emtionis venditionis ineunda datur conditio, siquidem
In suspensiva locum inveniente conditione, pender contractus,
omnibus quae partibus contrahentibus placuerunt, in suspenso
manentibus, resolutiva autem conditio contractui jam perfecto
apponi solet, ut vero, quanam proprie conditio apposita appar-
eat, elucere possit, conventio partium, probe erit inspicienda,
cum in hac dijudicanda questione, utramque faciat paginam.
In utraque autem conditione, tres praeципue separandi sunt ca-
sus, conditio enim vel penderit, vel existit, vel deficit, conditione
suspensiva pendente, effectus in conditione suspensiva eo redit,
quod omnia pristinum retineant statum, nullo, traditione licet
interveniente translato dominio, causa ad dominum transferen-
dum habili, deficiente a) cum nondum existente conditionis even-
tu, exulet obligatio, nullaque existat venditio b) fructibus &
commodis ad venditorem pertinentibus c) emtore non suo, sed
venditoris nomine rem emtam possidente, spe tantum furu-
rae obligationis illo refocillato d) conditionis pendente resolu-
tive effectus in eo potissimum se exferit, ut dominum subfec-
ta traditione transferatur e) emtor fructus percipiat f) & rei
fustineat periculum, g)

- a) l. 31. princ. ff. de acquirend. rer. dominico.
- b) l. 7. princ. ff. de contrah. erat.
- c) l. 4. princ. ff. de in diem addita.
- d) §. 4. l. de verb. obligat.
- e) l. 31. ff. de acquir. rer. dom.

- f) l. 5. ff. de leg. commiss.
g) l. 2. ff. de lege commiss.

§. III.

Susensiva existente conditione, meliore emtore non reperio, retro perfecta censeretur emtio, fictione ex eo tempore sibi locum vindicante, quo in diem facta est additio a) corroboratis omnibus ab emtore pendente conditione gestis, fructibus irrevocabiliter suis factis ira, ut si interea venditor vitam cum morre commutaverit, haredes tamen ipsius firma teneantur obligatio-
ne, ex emtione fidei jam in præteritum contracta b) pendente au-
tem conditione re in totum perempta, periculum ad venditorem spectat. c)

- a) l. 8. princ. ff. de peric. & commodo rei venditæ.
b) l. 5. princ. ff. de in diem additio-
c) l. 8. ff. de in diem addit.

§. IV.

Resolutiva autem existente conditione, effectus in eo potissimum conspicitur, ut emtio statim finatur, a) ipso jure domini-
num ad venditorem redeat, nulla licet interveniente traditio
b) ipsa legis dispositione dominium refervantem venditori, nulla
habita ratione an pactum commissorum verbis directis, an obli-
quis conceptum, cum haec distincio nulla fundetur lege, c) &
non a verbis, sed qualitate pactorum & animo pacientium in-
terpretatio facienda sit, emtione vero in principali rescissa, etiam
in accessoriis illam rescissam esse, extra omnem dubitationis aleam
positum est.

- a) l. 4. princ. ff. de leg. commiss.
b) l. 4. C. de pactis.
c) Nov. 18. cap 5.
d) l. 2. ff. de leg. comm.

§. V.

Meliore autem emtore invento, & deficiente conditione su-
spensiva, ipsam quoque deficere emtione, necesse est a) variis

autem contingere potest modis, ut melior afferatur conditio, legibus hanc regulam generalem suppeditantibus b) omne illud habetur pro meliori conditione, quod in venditoris vergit utilitatem, ex quibus prono fluit alvo, non præcise requiri, ut utilitatis ratio solummodo habeatur in augmento pretii, sed & loci solutionis habendam esse rationem, ejusque opportunitatem respiciendam, persona idonea etiam circumstantias esse ponderandas, imo & remissio corum, quæ gravia fuerunt in priori emtione, pro meliori habenda erit conditione c) omnes autem effectus dominii pendente conditione orti, ad venditorem pertinent. d) Deficiente vero conditione resolutiva, pretio intra praefinitum tempus in torum soluto, & legi commissoriæ satisfacto, emtor dominium nonsolum, sed & omnia irrevocabiliter retinet comoda, recte rationes subducente perillustri WERNHERO. e).

- a) l. 37. in fine ff. de contrah. erat.
- b) l. 5. ff. de in diem addit.
- c) l. 4. §. 6. ff. de in diem addit.
- d) l. 4. ff. de in diem addit.
- e) in Diss. de rescissione emt. vendit, §. 15.

Plena manu hoc argumentum sub incudem revocarem, nisi temporis ratio habenda sit, & orium mihi haec re in lectione, quam vocant cursoria, uberiore interpretatione facere velit.

Nobilissimus ac Clarissimus

Dn. CAROLVS DIENEMANN,

Adv. Elect. Sax. & Jurium Candidatus præstantissimus,
qui ea, quæ ad vite & rationem studiorum ipsius pertinent, verbis a se ipso conceptis, sequent recensuit modo:

*Natus sum LOESNITZII, oppido Comitum a
SCHOENBVRG in Saxonia, anno CIDIICCLXIX d. 27. Au-
gust: patre tunc temporis CAROLO ERDMANNO DIE-
NEMANNO, Inspectore Dioecesis & Pastore Primario Ec-
clesiae Loesnicensis, matre vero IOHANNA FRIEDERICA,
JOHANN ALAM de SIEGHEIM, Domino haereditario*

in

7

in Rothe & Consiliarii Imp. Rom. filia. Ibi privatis institutionibus CRELЛИ & CHARESII usus post in schola Schnebergensi Rectore MILLERO & REISMANNО, ut & Correctore ANDRAEAE, nec non in Gymnasi, quod Altenburgi est Directore MOERLINO & Professore REICHELIO ad studia academica praeparatus, anno 1700-1709. post obitum patris dilectissimi ad academiam Lipsiensem me contuli, ubi a Rectore PLAZIO in numerum civium academicorum relatius sum. Cursum autem studiorum ita institui, ut in Philosophia universali B. WINCKLERVM & SEYDLIZIVM, historia universali, Reformationis & Philosophica BVRSCHERVM audiverim, in antiquitatibus Romanis & Neumannii theologiam Aphoristicam interpretantem, Ernestium Sen. secutus sum. In matheſi GARVIVM habui praeceptorum, etiam Beuti Gellerti publicas & privatas sedulo frequentavi lectiones, ut & scholas Ernesti Sen. Morii & Clodi, graecarum latinarum & reliquarum elegantiarum litterarum excolendarum causa frequentavi. Nunc ad graviores scientias imprimis ad juris scientiam animum magis appellens, scholis HOMMELII jus canonicum, SAMMETII, Iuris Romani historiam, Ius naturae, institutiones, Digesta, hist. litterariam, & jus publicum universale, ZOLLERI processum, Digesta, Criminale, artem ex actis judicialibus referendi, docentium atque Zollerii Wernheri Compendium examinantis, interfui. Ius germanicum, SEEGERO, Ius Feudale, FRANCKIO, Historiam imperii, BOEHMIO Ius publicum imperii, Wenckio, & medicinam forensem PLATNERO doctoribus addidici. In exercitiis disputationis EINERTTVM secutus sum doctorem, sub cuius praefidio denique D. XXXI. Martii 1700-1709. libellum de valore donationis interparentes & liberos scriptum publice Lipsiae defendi, paulo post superato examine pro praxi & a Facultate Lipsi, Not. Publ. Cæſ. creatus

tus Wechselburgiun me contul. Ibi aditum mihi patefecit
 Et ad forum Et vitam forensem KOEHLERVS, qui praefecture
 praeceps. Ita per aliquid tempus instructus edito Speci-
 mine a summo Regimine, quod Dresdae est, impetrata venia
 concessa, in foro Wechselburgi, nunc autem per aliquod jamjam
 annos Penitus egit, Et praxim forensem hucusque exercuit.
 Pro omnibus ipsis in me collatis beneficiis, ago gratias quem
 devotissimas Divino numini, meque ei impulerum Et per totam
 hanc vitam pia mente commendio.

Cum igitur NOSTER omnia ea, quae ad legitimam legum
 scientiam & applicationem spectant, debita absolvitur industria,
 ad supremos in utroque jure honores acquirendos adspirat, eo
 que consilio Nomen suum apud ordinem nostrum professus, ad
 consueta admitti voluit specimen, in quibus rite peragendis tex-
 tis utriusque juris probe interpretatus est, & examen rigorosum
 ita sustinuit, ut unanimi omnium suffragio ad eos, quos petiti
 honores, impetrando, dignus judicatus fuerit, nihilque amplius
 superstet, quam ut reliqua & publica nunc exhibeat specimi-
 na. Quem in finem, crastina luce, lectionem, quam vocant cur-
 soriā ad l. 6. S. 1. ff. de contrah. emt. vendit. habebit, eaque
 absoluta Dissertationem suam inauguralem

de Exceptione, de jure tertii plane inutili

me praefide ruerbitur. Ut igitur huic actui solemni Reverendissi-
 mus & Magnificus Rector, nec non Academie Proceres & Cives
 honoris causa desideratissimamque suam commode velint praesen-
 tiā, qua par est, submissione & humanitate invitantur. Dabit
 ordo Noster sedulam data occasione in mutuis praeständis officiis,
 operam. Publ. sub sigillo Facultatis Iuridicae die XIX, Iuli
 MDCCLXXVIII.

(L.S.)


ULB Halle
007 368 429

3



vD 78





DECANVS

ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA ELECTORALI
ACADEMIA ERFVRTENSI

D.RVDOLPH.CHRIST. HENNE, IC^{TUS}

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTO-
RIS MOGVNTINI CONSILARIUS REGIMINIS, PRAEDI-
CTI ORDINIS ET IUDICI PROVINCIALIS ADSES-
SOR, NEC NON CODICIS ET IURIS FEVDALIS
ANTECESSOR ORDINARIVS

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI IURIVM CANDIDATI

Dn. CAROLI DIENEMANNI,

LOESNICENSIS

ADVOCATI SAXON. ELECT. IMMATRICVLATI

DIE XX. IULII MDCCCLXXVIII.

IN AUDITORIO IURIDICO COLLEGII ANSELMINI

PERAGENDA, INDICIT,

SIMVLQUE NONNVLLA DE CONDITIONIBVS EDITIONIS VENDITIO-
NIS SUSPENSIVIS ET RESOLVTIVIS

PRAEMITTIT.

E R F O R D I A E
LITERIS HENRICI RVDOLPHI NONNII
ACADEMIAE A TYPIS.